



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De  
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex  
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Meditationes in Passionem Et Resvrrrectionem D. N. Iesv Christi

**Bruno, Vincenzo**

**Coloniae Agr., 1599**

**VD16 ZV 2606**

Meditatio I. De ingressu Christi D.N. in Hierusalem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59870](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59870)





# MEDITA- TIO PRIMA:

DE INGRESSU CHRISTI

*D. N. in Hierusalem.*

EVANGELIUM.



UM appropinquas-  
sent Ierosolymis, &  
venissent Betphage  
ad motem Oliueti,  
tunc IESVS misit  
duos discipulos, dicens eis: Ite in  
castellum, quod contra vos est,  
& statim inuenietis asinam alli-  
gatam, & pullum cum ea: solui-  
te & adducite mihi: & si quis vo-  
bis aliquid dixerit, dicite, quia  
Dominus his opus habet: & cōfe-  
stim dimittet eos. Hoc autem fa-  
ctum est, vt adimpleretur quod  
dictum est per Prophetam, dicen-  
tem: Dicite filia Sion; Ecce Rex

*Matth. 21.*

*Marc. 11.*

*Luc. 19.*

*Ioan. 12.*

A

tuus



2 MEDITATIONES

tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filiū subjugalis. Euntes autem Discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via: Alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant, dicentes: Osanna filio David: Benedictus qui venit in nomine Domine Rex Israel: pax in cælo, & gloria in excelsis.

FIGURAE.

Exod. 12.

**P**RÆCEPIT Dominus filijs Israel, ut agnū, qui immolāndus esset die Paschæ, quinque diebus ante, domum suā adducerent: ibiq; serua-  
rent vsque ad diem sacrificij.

Zach. 9.

**P**ROPHETIÆ,  
**E**XVLT A satis filia Sion, iubila filia Hierusale. Ecce Rex tuus venit tibi  
iustus,



DE PASSIONE DOM. 3

*iusus, & saluator: ipse pauper, ascendens  
super asinam & pullum filium asina.*

*Dicite filia Sion: Ecce Saluator tuus  
venit, ecce merces eius cum eo.*

*Isaia. 62.*

CONSIDERATIONES.

**C**ONSIDERA quomodo ap-  
propinquante tempore, quo con-  
stituerat Saluator noster Passio-  
ne mundum redimere, discedat Betha-  
nia, & nouo ac insolito modo se paret,  
vt Hierosolymam proficiscatur: in  
qua profectioe ea, quæ præcipuè Deo  
tribuuntur, sibi adesse demonstrauit.  
Primò potentiam, quæ ipsum proba-  
ret esse verum Deum, in cuius manu  
sunt corda hominum: Efficit enim, vt  
domini petitorū animalium, simulac  
audierunt, Dominum his opus habe-  
re, paterentur ea confestim abduci.  
Deinde, ita commouet animos po-  
puli, vt contempto Phariseorū & Scri-  
barum edicto, irent illi omnes obui-  
am, & tanta cum gratulatione ipsum  
exciperent, vt salutarent illum Re-  
gem & Messiam. Accedit, quod eo  
tempore ingressu hunc instituerit,  
quo penes Romanos in vrbe erat im-  
periū: at horum nemo fuit, qui illum

*1. Punctū.*

A 2 trium-



#### 4 MEDITATIONES

triumphum vel verbo interpellaret. Denique quod Iudæis manus ligarit. Cum enim illi iam coëgissent concilium, quo definitum erat de morte Christi: ecce tibi hodie ille in oculis ipsorum triumphans urbem inuehitur: ut ostendat suam mortem in sua manu, non in decretis Iudæorum esse. Secundò demonstrat Sapientiam suam: tum quod perfectè impleat figuras & prophetias de se scriptas: tum quod prædicat illis quos mittebat, discipulis, quæ illis euentura essent: tum denique, quod iam proprius ad urbem accedens, vaticinatur eius ruinas, profus ad eum modum, quo postea euenerunt. Postremò ostendit Bonitatem suam, & Amorem. Venit cum summa humilitate, & mansuetudine; insidens abiectis illis & mansuetis animalibus: & inter voces laudibus & gloria ipsum extollentibus, ipse lacrymatur, dolet casum ciuitatis, misertur populi illius ingrati, qui eius, & dum viueret, sanguine satiari nequirit, & mortui nomē infamia discipulos omni genere vexationis persecuturus esset.

Considera, quomodo simul & ambulet, & portetur agnus ille mansuetus

tus



DE PASSIONE DOM. 3

us ad sacrificium. Ambulabat, quia sponte se offerebat, & dabat animam suam pro salute mundi, Vehabatur a fina & pullo, quia hoc ex obedientia Patris, & ex amore nostrę salutis agebat. Ambulabat Hierosolymam, id est ad locum sacrificij: vt in eadem vrbe & eadem die, quibus agnus ille mysticus immolabatur, perageretur & veri agni sacrificium. Ambulabat, vt esset instar mansueti agni, pro suo grege occisi: & vt lanam suam cum vita & sanguine daret pro ijs ipsis, qui eum his rebus spoliabāt. Ambulabat denique vt affaretur in stipite Crucis, igne flagrantissimę caritatis: vt ita fieret cibus suauissimus & viuificus animarum nostrarum. O caritas inaudita! O amor fortissime! qui tantum potuisti in pectore Dei, vt ex Leone terribili mansuetissimum Agnum effeceris!

Sed quid hoc sibi vult, o dulcis IESV, quod cum intra paucos dies, tam ignominiosam mortem subiturus sis: tamen hodie incedas cum tanta gloria triumphans? Planè non facis hoc alia de causa, quàm, vt quanto maior fuerit huius diei honor & gloria tanto acerbiora & ignominiosiora sint quę passurus es postea, Nam ab



## 6 MEDITATIONES

eodem ipso populo, in eodem ipso loco, vbi nūc tanto cum triumpho laudibus in cælum tolleris, paucos post dies, cum summa ignominia in crucem sublatus es. Erat & illa huius triumphii causa, quod cuperes ostendere, quāta voluptate & gaudio animus tuus redundaret, cū cogitares propè adesse iam diem illum tantoperè à te exoptatum, quo pro redemptione nostra animam poneres. Denique vt doceres amatores Crucis, tam gloriosum esse pati, vt ea lætitia & triumpho eundum sit ad molestias quo Reges proficiscuntur ad accipienda publicè diademata.

*Latere & exulta filia Ierusalē: quia Rex tuus venit tibi. Verè Rex tuus, qui non sua cōmoda & gloriam, sed tuam utilitatē & salutem quærat. Venit tibi: quia tibi datus, tibi natus est tibi se fatigavit, tibi deniq; mortem oppeter. Venit, non minax, & ad pœnam reposcendam paratus: sed mansuetus, sicut ovis, vt trahat te ad se amabilibus funiculis Adam, & dulcibus suæ caritatis vinculis sibi te astringat. Quia. n. duritiam cordis tui trangere non potuit magnitudine suæ potentia; cupit nunc eandem superare viribus a-*  
mo-

Osee. 12.



DE PASSIONE DOM. 7

moris. Venit deniq; inops, vt sua pau- 2. Cor. 8.  
 pertate nos diuites efficiat: vt que o-  
 mnibus sit facilis ad eum aditus, & fa-  
 cilis vitæ morumque imitatio. O mi-  
 ra submissio? Rex Regum non dedi-  
 gnatur ingredi urbem, insidens ab-  
 iectis & contemptissimis iumentis, in-  
 stratis vilibus stragulis, comitantibus  
 aulicis, in quibus nihil insigne appare-  
 ret præter paupertatem.

Considera, quomodo Iudæi, quic-  
 quid honoris & gloriæ conferunt ho-  
 die in Christum, id paucis post diebus  
 totum, in dedecus & infamiam eius  
 conuertant. Hodie honorem illi exhi-  
 bent, quod eum cum pompa ipsimet  
 inducant in urbem: paulò post idem  
 ab iisdem, crucem humeris baiulans,  
 ex eadem vrbe extruditur. Hodie ni-  
 hil nisi meras illius laudes & benedi-  
 ctiones sonant: mox vide quàm malè  
 consentiant illæ voces: *Benedictus qui* Ioan. 19.  
*venit in nomine Domini. Et: Tolle illū,*  
*Tolle illū. Crucifige. Crucifige. Qui nūc*  
*clamant, Rex Israël; mox mutata sen-* Ibid.  
*tentia clamabunt: Non habemus Re-*  
*gem, nisi Cesarem. Qui nunc illum fi-* Ioan. 9.  
*liū David appellat. Post dicent, Hunc*  
*nescimus vnde sit. Qui nūc ab illo salu-* Marc. 15.  
*tem & felicitatē petunt; mox dicent:*



## 8 MEDITATIONES

*Salua te metipsum, et descende de Cruce.*  
Hodie in ipsius honorem sparguntur rami Oliuarum & plamarum, cum floribus & folijs: sed heu quantum ab istis ramis diuersi sunt rami Crucis: & flores spinarum, ab illis floribus: folia clauorum, ab illis folijs: virgæ denique palmarum, à flagellis! Postremo honorem illi, stratis in terra præ reuerentia vestibus exhibent: paulo post suis illum spoliant vestibus. Neque satis habent suas ei abstulisse homines scelerati: etiam alienis illum ludificant: nunc per ludibrium ad maiorem eius ignominiam candidum, nunc purpureum amictum circumponentes:

### COLLOQVIVM.

**P**RECABERIS Christum D.N. ut per illum amorem quo insidens a sinæ, sponte ad suam Passionem accessit, voluitque excipi Hierosolymis tâta lætitia & honore: per hanc ipsam dignetur animam tuam ingredi; ut possis te, sicut iumentum, cum summa humilitate & mansuetudine subijcere suæ Maiestati. Simul ut tibi gratiam det, qua, cum ab eo per SS. Sacramentū inuiseris, itemq; cum ad tempus



DE PASSIONE DOM. 9

pus mortis ipse tibi occurrerit, possis ire illi obuiam, ornatus Christianarum virtutum floribus: ramos actionum piarum manu præferens, cum palma, quæ indicet te tuarum perturbationum fuisse victorem. Ut denique in hac vita gustum tibi veræ pacis internæ præbeat: in altera, nimirum in cælesti Hierusalem, ducat te usque ad perfectam eiusdem pacis visionem.

DOCUMENTA.

1. **N**OLUIT Christus insidere a sine nudo; sed instrato vestibus Apostolorum. Christus in anima nuda sedem nõ figit; sed in ea, quam virtutibus & Apostolicis operibus ornatam vestitamq; inuenit.

2. Dominus ad vehendum, non sibi delegit animalia superba & pompatica; sed abiecta & mansueta. Curemus in nobis, insint hæc virtutes, ut in anima nostra cõsidere & quiescere dignetur Christus.

3. Tunc instar Apostolorum locum vestimentis nostris paramus, in quo Christus sedeat; cum pijs exhortationibus delinimus, & flectimus, animos & corda hominum, ut in ijs inabitare possit Christus & quiescere.

4. Illi sternunt vestimeta sua in via, qui

B mor-



## 10 MEDITATIONES

mortificatis affectibus & edomita carne, viam parant Christo, qua ad illorum mentes accedat. Illi autem qui sua virtute, exemplum alijs ad imitandum præbent.

5. Tunc Christo cum ramis oliuarum obviamus, cum exercemus opera misericordie & charitatis: cum palmarum ramis autem, quando de temptatione aliqua victoriam reportamus.

6. Vestes nostras ad pedes Christi sternimus, cum inopes, qui sunt quasi pedes Christi, nostris diuitijs subleuamus.

7. Christum in anima nostra cum laudibus & benedictionibus tum excipimus; cum in Confessione sincerè exponimus omnia peccata: itemque, cum pro beneficijs in nos collatis Maieitati ipsius gratias agimus.

8. Christus gloriam suam voluit mixtam esse humilitate: ut qui pullo asini veheretur, animali scilicet, ad vilia plebis opera destinato. Sic & nos, ubi vel externa laude, vel interna temptatione ad vanam gloriam extollimur, reuocemus in memoriam nostra conditionis vilitatem, quamque in rebus omnibus miseri & imperfecti sumus.

MEDI.